



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Acta Ecclesiae Mediolanensis**

Acta Synodalia Dioecesana Ecclesiae Mediolanensis, Pars Secunda

**Borromeo, Carlo**

**Brixiae, 1603**

Decretum indictionis Synodis VI. futurae.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11399**

Cautio & diligentia de cohabitatio-  
nibus suspectis nomine coniugum.

Instructio dominorum officinarum.

Amotio, aut emendatio imaginum ob-  
scenarum in œdibus laicorum.

Supplicationes frequentes vacante  
parochiali Ecclesia, ex cura vicari-  
toris.

Officium cum populo de solutione de-  
cimarum.

Instituti introductio, de benedicen-  
dis oblationibus quæ extra Missæ fa-  
cerentur, ex præscripto libri sacerdo-  
talis.

Executio decretorum de populi im-  
modestia, & alijs abusibus tollendis in-  
oblationibus: de puellis item nubilibus,

quibus ne ecclesiarum quidem nomine  
elemosinam quærere permittatur.

Decretum indictionis Synodis VI.  
futuræ.

SYNODVM VI. diœcesanam,  
quam ex sacri Tridentini Concilij de-  
creto, anno sequenti M. D. LXXVIII.  
iuuante Christo Domino celebraturi  
sumus, cum stata ea die, quam in decre-  
to nostro diœcesano præscripsimus, ha-  
bere non possimus ob Concilij provin-  
cialis celebritatem, quod per nos indi-  
ctum, in idem ferè tempus cadit; eam  
indicimus futuram esse die duodecima  
mensis Iunij eiusdem anni.

## SYNODVS DIOECESANA MEDIOLANENSIS VI.

A Carolo S. R. E. Card. Tit. S. Prædix Archiepiscopo.

Habita Anno à Chr. Nat. M. D. LXXIX.

GREGORIO XIII. PONTIFICE.



DECRETA quæ  
in hac Synodo vj.  
Archiepiscopus  
consecit, per pau-  
ca admodum sūt:  
synodales actio-  
nes ferè omnes  
consumpsit gra-  
uissimis concionibus pastoralibus: qui-  
bus frequentissimum cleri conuentum  
vehementer sanè accendit, cum ad om-  
nem clericalis vitæ cultum, tum verò  
ad sanctioris disciplinæ interioris insti-  
tuta, quæ prodesse vidit ad maiores in  
religiosè agendo progressiones. Quæ  
verò literis mandata, & in hoc synodali  
cœtu acta, de suggestu vt moris est, enun-  
ciari voluit, hæc sunt.

DECRETA EDITA  
in Synodo diœcesana sexta  
Mediolanensi.

In nomine Sanctæ, & Individuæ Trini-  
tatis, Patris, & Filij, & Spiritus  
sancti. Amen.

Carolus. S. R. E. Presbyter Cardinalis  
Tit. S. Prædix, Archiepiscopus  
Mediolani.

Decretum. I.



QUONIAM nihil ferè se-  
pius diuinis literis com-  
mendatum est, quam cle-  
ricalis ordinis hominum  
vitæ integritas, innocen-  
tia, fides, religio, pietas, virtutumq; om-  
nium ornamenta, quibus domus Dei po-  
tissimum excolitur; ideo vos vniuersos  
& sine

De modo vi-  
uendi tem-  
pore Syno-  
di.